



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Obseruat sanctæ Vrbis pia opera.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

Observat san-
ctæ vrbis piæ
opera.

Redit in Ger-
maniam.

Nam quemadmodum Hæretici, quia vasta in Vr-
be, & in omnium gentium quasi colluione ne-
cesse est aliquid inesse vitiosum, atque reprehen-
dendum, ad id vnum oculos aduertunt, & inde
indignissimè Romanorum mores omnes descri-
bunt, & lacerant; ita famulus Dei, quæ recta, quæ
que laudabilia essent, consecrabatur, tum sui pro-
fectus causa, tum vt oculatus testis simpliciorum
animos in Germania, calumniis hæreticorū præ-
occupatos dedoceret. O Enipontum deinde re-
uersus Euangelici interpretis munus, & Mariani,
quod instituerat operis conditionē repetiit, haud
sine graui labore distrahens, atq; diuidens curas.
Sed quando præsidibus ita placuerat ferebat v-
tramq; crucem libens, deq; manu Domini acci-
piebat omnia: illud modo sollicitus, vt perpetuas
accessiones perfectæ virtuti adiungeret, indiesq;
cumulatus religiosi viri officio responderet.

1574. Ad hunc modum, eodemq; tenore proximi
1575. anni quartus, quintusque supra septuagesimum
1576. acti, nec fermè aliter sextus: nisi quod per Augu-
stum, altera, quam supra indicaui, Missione Pon-
tificis, vt Ioanni Morono Apostolico Legato ad-
esset, Ratisbonam concessit. Conuentus habeba-

tur